

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio l  
cum fonte primo

Electos Domini cernimus et pia agere  
et crudelia multa tolerare. Hinc ergo  
colligitur districtus iudex quanta illic  
feriat distinctione quos reprobat, si hic  
sic cruciat quos amat.

Gregorius libro IX. moralium.

Electos quippe Dei cernimus et pia agere  
et crudelia multa tolerare. Hinc ergo  
colligitur districtus iudex quanta illic  
feriat distinctione quos reprobat, si hic  
sic cruciat quos amat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 9, 59  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.520,  
ll.31-34).